



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

17 Episcopi ordinaria auctoritate quibus beneficia conferre possint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Etate, nemo poſſit obſtinere, ad Sedem Apoſtolicam recurrere debet prout à ſacra congreg. conc. fuit decifum ſuper eod. c. 17. *ut in decif. ſub. tit. Tudertin.* & etiam quodd duo ſint ſub eodem teſto, ut de menſe Auguſti 1590. quodd habenti prioratum in Collegiata S. Petronij de Bononia potuerit Ordinarius ꝛ Canonatum in eadem eccleſia conferre, quamvis ſub eodem teſto exiſteret, prævia tamen diſpenſatione ipſius Ordinarij, attenta redditus tenuitate, fuit per eandem ſacram congregat. decifum, *ut in decif. mihi ultima, ſuper eodem cap. 17.*

13. Papa ꝛ etiam circa ſubmiles, & litteratas perſonas, quæ majoribus beneficijs ſunt honorandæ, ſolet diſpenſare, *cap. de multa. in fin. de præb. & paſſim in Romana curia, ad plura beneficia compatiblea tamen, diſpenſatur, conferendo ſex, & plura beneficia uni, & cum à Summo Pontifice conferantur, ſcientia Pontificis pro diſpenſatione habetur Felyn. in c. cum vigefimum num. 5. verſ. contrarium puto, & numer. 6. de offi. & pot. jud. deleg.*

14. Conferri debent beneficia perſonis legitimæ ætatis, parochiales, & dignitates curam animarum habentes ijs, qui ſuæ ætatis annum attigerint, *cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. cap. licet canon. cap. nemo, eod. tit. in 6. & Concil. Tridentin. c. 12. de reform. ſeſſ. 24.* dignitates autem, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubſeſt, non minoribus 22. annis completis, non tantum inchoatis, ut hoc caſu declaravit congregatio ſacra. conc. *ſuper eodem c. 12. in ver. viginti duobus annis, & ſimplicia beneficia clericis ætatis 14. annorum ſunt conferenda, cap. 6. de reform. ſeſſ. 23. & c. 12. de reform. ſeſſ. 24. & ſufficit ultimum*

annum attigiffe. d. *cap. cum in cunctis*, quæ ætas ab omnibus eſt attendenda, antiquis canonibus non obſtantibus, ꝛ nec poteſt Ordinarius ſuper dicta ætate in aliquo diſpenſare; quia à ſolo Papa in ætate diſpenſari poteſt l. 1. & 2. *C. de his, qui ven. atq. impet.* Et, cum ſolus Papa ſit ſupra concilium, & ejus auctoritate fuerint ſtatuta concilij roborata, *capit. concilia, 17. diſt.* decernens, irritum, & inane, ſi quid ſecus à quoquam, quacumque dignitate, auctoritate, & poteſtate fulgeret, contingeret judicari, ut in Bulla confirmationis cum decreto, quodd in contrarium geſta annullat ipſo jure, *cap. ſi eo tempore, de elect. in 6. cum alijs ſupra deductis*, ſoli Papæ ꝛ diſpenſatio ſupra decreta eiſdem concilij eſt reſervata, cum ſolus ſupra concilium ſtatueret, & diſpenſare poſſit, *cap. ſignificasti, de elect. gloſſ. in cap. ubi periculum, §. in verb. concilium, eod. tit. in 6. gloſſ. in cap. ſicut ſancti, in verb. præſumi. in fin. 15. diſt. Abb. in cap. non magnopere, nu. 5. ne cler. vel mon. & Felyn. in c. 1. nu. 24. de conſtitut.*

17. Epifcopi, ꝛ uti Ordinarij collatores, quantum ad ordinariam jurisdictionem ſpectat, beneficia ad eorum collationem ſpectantia per obitum vacantia conferre poſſunt, ſimplicia ijs, qui moribus, ſcientia, & ætate habiles exiſtant; canonicatus, & dignitates in cathedralibus, ſi ordinem ſacrum annexum dignitates, præbendæ, aut alia beneficia habeant, tunc perſonis, quæ eo ordine ſint initiatæ, aut in tali ætate conſtitutæ, ut infra tempus à jure, & ab eodem ſacro concilio ſtatuto valeant initiari, *ut c. 12. de reform. ſeſſ. 24.*

18. ꝛ Tempus autem à jure, & à ſynodo Tridentina ſtatutum ad promovendum eſt unius anni ſpatium, *elem. ut hi qui de ætat. & qua.*